



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

B. Philippus Nerus Fundator Congegrat. Oratorii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

eo tempore occurreret, ut ad Mariæ nomen & inter celebrandum Sacerdos, & inter ministrandum Clericus caput inclinarent, quo & Virgini honor, & populo exemplum eiusdem rei faciendæ exhiberetur. ut denique supra Ecclesiarum parochialium fores Virginis effigies pennicillo exprimeretur. Populum hortabatur, ut præcipuis Deiparæ solemnitatibus cælesti se pane reficeret. instituit, ut omnes etiam milites Virginis Imaginem secum ipsi continenter haberent, eiusque officium quotidie recitarent. omnia denique quæ ipse condiderat collegia, sodalitates, confraternitates, & loca pia sub Virginis patrocinio, præsidioque constituebat, eamque ipsis in Aduocatâ tribuebat, præcipiebatque ut singuli sodales, ac fratres ad studium eiga Deiparam declarandum, eius officium, ac Rosarium recitarent.

Idem auctor infra cum de eiusdem Sancti Caroli pietate in peregrinationibus suscipiendis scriberet, subiicit eum inuicem longa illa quidē, ac maximè difficilia suscepisse, ut beatæ Virginis dicata Templi suis pedibus inuiseret. hæc ex vita sancti Caroli excerptimus.

BEATVS PHILIPPVS NERIVS

*Fundator Congregationis
Oratorij.*

*De B. Phi-
lippo Ne-
rio ex vita
suis ab An-
tonio Gal-
lonio con-
scripta.
Lib. 2. vi-
sa B. Phi-
lippi Ital-
icæ cap. 24*

NTRA recentiores quoque præcipuè commemorandus est beatus Philippus Nerius Florentinus, qui plenus dierum 26. Maij anni Domini 1595. ætatis suæ 80. Romæ diem clausit extremum, vir multi nominis, & virtutis, & cum paucis conferendus, clarissimæque Congregationis Romæ, quæ Oratorij dicitur, & sapientissimus Fundator, & prudentissimus Rector est habitus, ad cuius exemplum alibi quoque tum eius alumni, tum etiam alij magno cum fructu eam instituerunt, præsertim Neapoli; ubi, ut obiter hoc attingam, magno animarum emolumento præclaro à fundamentis Dei Genitrici, & omnibus sanctis templo excitato, insigni domicilio compluribus illud vitæ institutum complectentibus posuerunt; fundatore imprimis Francisco Maria Tarugio è Monte Politiano B. Philippi alumno vitæ sanctimonia, & familiaribus in Templo ad populum sermonibus insigni, qui postea Clem. VIII. obedientia coactus Archiepiscopatum Aucionensem suscepit;

*Francisc.
Maria Tar-
ugio à
dinali.*

max inter S. R. E. Card. allectus, non ita pridem sanctè, ut vixerat, Romæ obijt in domo Patrum Oratorij, quibus eum senio iam confectus debebat. Sed ut ad B. Philippum reuertamur, in qua erat in Deum, ac proximum egregia pietate, diuinæ gloriæ propagandæ, atque hominum saluti procurandæ fuit ap-primè deditus; & quod præcipue rem nostrâ attingit, religione, ac pietate eiga Dei beatissimam matrem exitiis. Hic igitur vir tantus, ac talis, cum ut sit Congregationi Oratorij tutelæ præsidium, & notæ familiaris præcipuum aliquod insigne quæreretur; huius sanctissimæ Virginis nomen, & Imaginem radijs vndequæque coruscantem filium quæ in sino fouentis inscripsit; eandemque postea Imaginem in sigillo, quo in obsignandis literis Patres Oratorij vterentur, vltorandam censuit: vt ordo ille verè clarissimus, eius nomine, ac patrocinio gloriaretur in cuius materna pietate fundatus innuitur. Quæ in re illud memoria dignum accidit quod eiusdem Deiparæ Imaginem radijs similiter circumfusa supra ianuam Templi B. Mariæ in Vallicella, vulgo dicitur, non sine illo tum Patrum admiratione, postea ab eis est repetita. quod plane Dei providentia, & Virginis fauore factum existimatur. Huiusmodi enim imago à B. Philippo pro insigni Oratorij delecta, eademque supra Templi illius fores antea collecta Congregationem ipsam, quæ tunc migratura, sedesque ibi postea: fixura erat, præsignificasse vita est. quod rei eventus declarauit, cum ad templum illud haud multo post B. Philippus cum suis emigravit, ubi nunc nobilissimo templo extructo Patres illi magno cum Viri fructu, & approbatione, familiaribus ad populum sermonibus ex eiusdem B. Philippi instituto habendis, & Sacramentorum administratione in proximorum salute procuranda, grauius ac strenuè se exercent: in quo etiam Templo illud in Deiparæ honorem peculiare est, quod omnia etiam eiusdem templi sacella ipsi Deiparæ dicata cernuntur: si vnum excipias pretiosissimis lapidibus magnificentissimè exornatum, in quo B. Philippi corpus decenter asservatur. Et verò B. Philippi egregium in Virgineam studium ac deuotionem, beneficia singulari benignitate à Deipara, vel per Deiparam in ipsum collata, abundè testantur; vt videre est in eius vita ab Antonio Gallonio eiusdem Oratorij Sacra-
dote,

Gallonius in vita B. Philippi Nerei.
dote, viro pietate, ac eruditione insigni, latino primum, deinde auctius Italico sermone lauculenter conscripta; vnde nonnulla, quæ hic referimus, iidem fere verbis transfulimus. Itaque vir Beatus non ipse solum erga Virginem studio ferobatur singulari, sed ad hoc locus etiam assidue hortabatur. In Deiparæ honorem precationculas aliquas iaculatorias ad opem eius implorandam recitari iubebat, cuiusmodi est illa, quam ipse frequenter vsurpabat: *Virgo Maria Dei genitrix lesum ora pro me.*

In ca. ubi de virgine orationis eius
& illa: *Virgo Mater da mihi, vs semper tui sum memor;* & alios ad varios animi affectus pios excitandos; quorum exempla ad calcem vitæ eiusdem Italico sermone editæ habentur; ex quibus corollas aliquas crebro in Deiparæ honorem à suis recitari volebat in hunc modum, vt ad numerum globulorum coronæ B. Virginis loco Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ, quæ recitari solent, aliqua ex his precationculis identidem reperenda substitueretur. In suo cubiculo (quod post eius obitum in oratorium, ubi sacra sunt, meritò est conuersum) à Domino, & à B. Virgine sæpius meruit visitari: sed peculiariter año 1594. cum desperata à Medicis eius salute penè moribundus, Beatissimam Virginem ad se in lectulo iacentem venire coniecit: mox integram sanitatem recepit. ipse verò toto corpore nullo fultus adminiculo ad vnus circiter cubiti altitudinem sublimis mirandum in modum attollebatur, & Virgini clara voce vber-

B. Virgo in suo cubiculo assidue apparat admiranda Virginitas apparuit.
rimis intermixta lacrymis dicebat audientibus, qui aderam, ipsamque ita à cubili sublata videntibus (inter quos aderat Antonius Gallonius, qui hæc litteris mandauit.) *O charissima mihi Virgo tu ad me venisti, vs me his doloribus liberarast; quis ego sum, qui tua presentia sum dignus? & similia verba humilitatis, & familiaritatis plenissima. Alias anno 1576. cum tignum, cui rectum adiculæ superponebatur, in qua sacra à Patribus Oratorij fiebant altera ex parte totum extra murum, fulciente nemine, staret, vidit noctu Deiparam suis illud manibus sustentantem: ex quo præsentissimam eius opem in tanto discrimine intellexit: statimque à fabrica reatum illud, ne spontè corruens aliquem opprimeret, demolientem curauit. Cum aliquid à Deo enixius consequi vellet, Virginem deprecatricem adhibebat, quo in genere anno 1572. cum Cæsar Baronus eiusdem Oratorij Sacerdos, vir*

B. Philippi Nerei adsumus sublimis terra at illatur.
non minus vitæ sanctimonia, quam eruditione clarissimus, qui postea in S. R. E. Cardinalium numerum est coopatus, & periculosa febri ita laboraret, vt de eo iam concludatum esset, B. Philippus ad orandum pro eius valetudine se dat, cuius orationis series ipsi Baronio, qui eo tempore somno correptus erat, obiecta est. videbatur sibi videre eundem B. Philippum prope Christum stantem; ad Christi dexteram sanctissimam Virginem candenti amictu, & beati Virum obnixè Dominum rogantem in hæc verba: Cæsarem restitue pristinae valetudini id quod magna fiducia varijs identidem repetebat, nec tamen quicquam impetrabat: quare ad sanctissimam Virginem conuersus, cum ea suppliciter agebat, vt quod ex se consequi non poterat, per eam omnino assequeretur. cumque Virgo impensè oraret filium, tandem exorauit. Somno deinde æger expergefactus, breui omnino penitus morbo liberatur. Anno 1576. cuiusdam afflicti capitis doloribus, & febribus vehementer afflicto, manibus suis capiti impositis in has prorupit voces: Peccata fuge: sanctissimam Dei matrem magno pietatis affectu venerare: & confestim melius habere cepit, breuique incolumitati est redditus. Post eius obitum rogatus à nonnullis, vt à Virgine sanctissima aliquid exoraret, illic fructum precum eius sunt experti. Cum enim quædam mulier anno 1595. Octobri mense fetum mortuum effudisset, obstetrix multis remedijs frustra adhibitis, sanctissimæ Virgini pro puero votum fecit: sed cum non exaudiretur, orauit B. Philippum, vt beatissimam Virginem ipse rogaret, vt puerum à mortuis excitaret: quo sacro baptismo ablui posset: & aliquot beati viri capillis admotis, extemplo mortuus infans redijt ad vitam. mox saluari baptismatis vnda abluitur. Cuidam puellæ gratissimè ægrotanti Deipara cum B. Philippo, ad quem puella cum parentibus confugerat, per quietè visa ei dixit se B. Philippi intercessione moribus depulsuram, atque ita breui conualuit.

B. Philippi Nerei adsumus sublimis terra at illatur.
CONSTANTINVS IMPERATOR
& Civitas Constantinopolitana
35 **H**anc porò erga Virginem pietatem non tantum viri Ecclesiastici coluerunt, verùm etiam sæculares Principes præclara eius rei exempla posteris reliquerunt, quorum

Ad pietatem Virginitas horretur lib. 2. c. 39. Dolore capitis agrè sanat. Lib. 2. c. 33. Per Virginem impetrat desiccat vitam Cuiusdam agroti sanitatem. Lib. 3. c. 38. Adversus ipsam in vita Latino sermone edita habentur.

Ad pietatem Virginitas horretur lib. 2. c. 39. Dolore capitis agrè sanat. Lib. 2. c. 33. Per Virginem impetrat desiccat vitam Cuiusdam agroti sanitatem.

Adversus ipsam in vita Latino sermone edita habentur.

Adversus ipsam in vita Latino sermone edita habentur.

Adversus ipsam in vita Latino sermone edita habentur.